

DE DODECIM  
LIBER SECUNDVS  
DE IUDICIIS NATIVITATVM  
CLARISSIMI MATHEMATICI D.  
Ioannis Schoneri Carlostadij, Professoris di-  
uinæ Matheseos in celebri Germaniæ  
Noriberga, in quo tractantur  
hæc Capita.

Caput primum erit de significatis duodecim domorum, item de significatis triplicitatum atq; partium earundem.

Caput secundum, de Coniunctionibus & aspectibus planetarum ad inuicem in nativitatibus.

Caput tertium, de significatis dominorum domorum in duodecim domibus cœli.

Caput quartum, de significatis planetarum in duodecim domibus cœli.

Caput quintum, de significatione planetarum in domibus proprijs uel aliorum.

Caput sextum, de significationibus dominorum ascendentis in figura cœli.

CAPVT PRIMVM.

De prima domo.



CIENDVM autem primo quod in partibus suis for-  
tibus non oportet nimium curiosum esse Astrologum,  
ut plus sapere uelit quam oporteat, maximè cum partes  
omnes secundariam semper à planetis habeant signifi-  
cationem, unde nec tantum illis fidei adhibendum, ut  
plus eas ualere credamus quam planetas, à quibus de-  
pendent. Quare ante omnia considerandum erit, quo-  
modo se habeant significatores, à quibus desumpti sunt,  
quomodo item domini ipsorum locorum affecti sint in  
se, & cum alijs, atq; cum partibus ipsis. Si enim princi-  
pia, à quibus emanarunt, fœlicia sint, & bene locata, fue-  
rintq; domini earum fortis, ac fortunato aspectu colligati  
cum partibus ex nativitatibus similiter in loco idoneo, & à bonis illustrati, nec  
aliter impediti, iudicandum erit bonum à significatis per partes. Contrà uero di-  
cendum, si fuerit contraria dispositio, nec facile proferatur de parte aliqua iudicium  
nisi fuerint prius omnia bene collata. Nam per se partes omnes modici uigo-  
ris existunt, si non fuerint aliunde firmatae. Idem iudicium erit de dominis triplicita-  
tum, & de minus principalibus significatoribus, sicut pro morte gradus septima domus,  
& eius dominus. Item primus dominus triplicitatis octauæ domus, sunt signi-  
ficatores minus principales mortis qui augent, uel aliquid adiunt à significatis prin-  
cipalium significatorum. Sic etiam intelligendum de alijs minus principalibus si-  
gnicatoribus, ut uidere licebit in genitura supra de qualitate mortis, in qua pri-  
mus dominus triplicitatis mortis Saturnus fortis, & bene dispositus fuerat in quar-  
ta domo